Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



201

machab 1

cu ipsis et elegit bachides viros
impios et constituit eos duces re-
gionis: et exquirebat et persecu-
tabat amicos inde. et adduce-
bat eos ad bachide: et vindica-
bat in illos et illudebat. Et facta
est tribulatio magna in israhel
qualis non fuit ex die qua non e
visus prha in isrl. et congregati sunt
omnes amici inde et dixerunt Jo-
nathe. Ecquo fiat tuus Judas
defuncto est. nec filius ei non e
qui audeat contra inimicos bachi-
dem et eos qui inimica sunt gente
nostra. Nunc igitur te hodie elegimus
esse pro eo nobis in principem. et
duce ad bellandum bellum nostrum
et suscepit Jonathas tempore illo pu-
gnatum: et surrexit loco inde fra-
tris sui. et cognovit bachides et
quebat eum occidere. et cognovit
Jonathas et simon frater eius et
omnes qui cum eo erant: et fuge-
runt in deserti thecue: et consse-
derunt ad aquam lacus asphar
et cognovit bachides: et die sab-
bathorum venit ipse et omnis ex
ercitus eius trans iordanem. et Jo-
nathas misit fratrem suum duce
populi et rogavit nabutheos
amicos suos ut commoderent
illis apparatum suum qui erat
copiosus et ecce filii iambri
ex madaba et comprehende-
runt Johannem et omnia quecha
bebat: et abierunt habentes ea.
Post hec verba nunciatum est
Jonathe et simoni fratri eius: quia
filii iambri fecerunt nupcias
magnas et ducunt sponsam ex
madaba filiam unius ex magni-
bus principibus chanaan cum am-
bitione magna et recordati
sunt sanguinis Johannis fratris
suis: et ascenderunt et abscon-
derunt se sub tegumento montis
et elevaverunt oculos suos et
viderunt: et ecce tumultus et appa-
ratus multus. et sponsus pressit et
amici eius: et fratres eius ob-
viam illis cum tymparis et mu-
sicis et armis multis et surrex
erant ad eos ex insidiis et occidere
eos: et cecideruntvulnerati multi
et gladio fugerunt in montes et
acceperunt omnia spolia eorum: et
conversa sunt nupcie in luctum
et vox musicorum in planctum
et vindicaverunt vindictam
sanguinis fratris sui: et reversi sunt
ad ripam iordanis et audiunt
bachides: et venit die sabbato-
rum usque ad oram iordanis in vir-
tute magna. et dixit ad suos Jo-
nathas. Surgamus: et pugnemus
contra inimicos meos. Non e ei
hodie sicut heri et nudiustertius et
ecce bellum ex adverso: aqua
vero iordanis hinc et inde. et
rupes et paludes et saltus: et non
locus diverdendi. Nunc ergo cla-
mate in celum ut liberemur de
manu inimicorum vestrorum. Et con-
misum e bellum et extendit Jo-
nathas manum suam percutere
bachide: et diffugit ab eo retro.
Et dissilit Jonathas et qui cum
eo erant in iordanem: et cecide-
runt a parte bachides die illa
mille viri: et reversi sunt in ter-
rusalem et edificaverunt civitates
munitas in iudea: munitiones quae erat
in iericho. et in ammaus. et in be
thoron. et bethel. et thamnatha et
phara et thopo mutis excelsis et
portis et seris et posuerunt custodias